



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Veri Heluetij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

26 ADIVNCTÆ REGIONES GERMANIÆ,


Fl. cum monte Iurasso, sed dum longitudinem, & latitudinem huius Regionis dimetiri tentavit, more suo, à veris mensuris longius aberravit. Verius dixit eos superasse reliquos Gallos fortitudine propter crebra prælia quibus Germanos aut laceſſebant, aut repellebant: habuisse duodecim oppida, vicos ad quadringentos, hæc omnia combussisse vt novas quærent sedes, sed grandi clade prostratos, à Romanis in patriam redire compulsos esse. Strabo eos diuites auri facit, itémque latrociniis deditos ab exemplo Cymbrorum.

NVM. I. Veri Heluetij.

<p>TIGV- RINVS PAGVS</p> <p><i>Cantons de Zurich, Appenzel, Schaffouse, Rhinthal, &c.</i></p>	<p>Cuius incolæ se coniunxerunt Cymbris Italiam petentibus: vel potiùs montibus Italicis infederunt quasi opem Cymbris laturi, sed ignobili fugâ dissipati. Malè ex mari Germanico accersuntur à Floro. Soli L. Cassium Cos. cum exercitu deleuerunt.</p>	<p>TIGVRVM vel Turigum: <i>Zurich.</i> Fines: <i>Pfzn.</i> Vitodorum: <i>Vinterthur.</i> Arbor felix: <i>Arbon.</i> Lacus Brigantinus, aliter Venetus, Hydrius Erythraeo, nunc Podamicus: <i>Lac de Constance, ou Podmen.</i> Lacus Acronius, hodie inferior & Cellensis: <i>le Lac de Cell.</i></p>
--	---	---

<p>TVGENVS PAGVS</p> <p><i>Cantons de Zug, Glarus, Schunitz, & Uri.</i></p>	<p>Incolæ dicuntur <i>Tobyenoi</i> à Strabone, & cū Ambronibus cæsi sunt ad Aquas Sextias.</p>	<p>TYGIVM: <i>Zug.</i> Aquæ Helueticæ <i>Baden</i>, quem locum accuratè descripsit Tacitus.</p>
--	--	--

<p>AMBRONICVS PAGVS,</p> <p><i>partie du Canton de Fribourg, celui de Lucerne,</i></p>	<p>Cuius Gens prædationibus viuere solita erat: quare turpis vitæ homines apud Romanos Ambrones: victi sunt cum Teutonibus ad Aquas Sextias; lege</p>	<p>Vindoniſſa, seu Vindones: <i>Vindisch.</i> Vocetius Mons cuius nomina perdurant in vicis <i>Bozen, & Bosberg.</i> Salodurum, Saloru-</p>
---	---	---





28 ADIVNCTÆ REGIONES GERMANIÆ,

Berne, & Vnder-
ual.

de iis Plutarchum in
Mario. Malè Festus ait
eam Gentem eluui-
ne maris regionem
suam perdidisse.

rum Antonino: So-
leure.

Arola Fl. Aar.

Amma Fl. Emma.

Alpes Penninæ.

VRBIGENVS
PAGVS

la Principauté de
Neufchâstel, la plus
grande partie du Can-
ton de Fribourg, & du
pays Roman.

Nomen habet ab vr-
be Urbâ, vel Fluuio,
& malè dicitur apud
Cæsarem pagus Ver-
bigenus.

Auenticum Colo. Flauia dicta quoniam
à Tito reparata est: *Vvisflisbourg.*

Minodurum, seu Minodum: *Milden,*
Gallicè Mouldon.

Colonia Equestris *Nion* ad lacum, vn-
de in Notitia dicitur Col. Equestris hos-
est Nouidunum.

Viromagus, seu Bromagus: *Bro.*

Laufana: *Lozane.*

Eburodunum: *Yuerdon.*

Petinisca: *Biel.*

Urba *Orbe*, ad Fl. cognominem.

Murus Cæsaris, vbi nunc castrum Vir-
ginis: *le Chasteau de la Pucelle.*

NVM. 2. Adiecti Heluetiis.

RAVRA-
CI, *Eues-*
ché & Can-
ton de
Basse.

aliter Raurici, consilio saepe
cum Heluetiis coniuncti, vt
liquet ex Cæsare: apud Stra-
bonem lib. 4. cum Heluetiis
confunduntur, nam post
Heluetios ponit Medioma-
trices.

Arialbinum, postea
Basilia: *Basse.*

Augusta Rauraco-
rum, aliter Rauracum
& Colon. Augusta.

Augst vicus.

NANTVA-
TES, *la par-*
tie basse du
pays de Vaux.

apud quos Cæsar
duas legiones
collocavit, hos
vocat Gallos, Li-
uius lib. 31. Semi-
germanos.

Agaunum, à saxo sic dictum
nam linguâ Gallicâ Agaunum
saxum sonat, antea Ternadæ:
S. Maurice.

Penni lucus, Ioui Sacer, *No-*
nille.

Bibisco, seu Viuisco: *Vi-*
uey.